

**DE M. TERENTI  
VARRONIS LIBRIS  
GRAMMATICIS**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649154326

De M. Terenti Varronis libris grammaticis by August Wilmanns

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.

Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

[www.triestepublishing.com](http://www.triestepublishing.com)

**AUGUST WILMANNS**

**DE M. TERENTI  
VARRONIS LIBRIS  
GRAMMATICIS**



LL  
V325  
YW

Varr., Varro, Terentius

DE

# M. TERENTI VARRONIS

LIBRIS GRAMMATICIS

SCRIPSIT

RELLIQVIASQVE SVBIECIT

AVGVSTVS WILMANNS

BEROLINI

A P V D W E I D M A N N O S

MDCCCLXIII

FRIDERICO · RITSCHL

OTTONI · IAHN

PRAECEPTORIBVS

AMORIS · CAVSA

## PRAEFATIO

Cum per tempus aliquod uersato in colligendis et disponendis reliquiis Varronianis specimen studiorum mihi proponendum esset, elegi libros grammaticos; nam eos commode ceteris neglectis tractari et singulorum argumentum paulo quam adhuc factum est accuratius circum scribi posse intellegebam. dispositionem et indolem horum librorum indagare contentus neque uniuersam Varronis grammaticam theoriam explicare studui, quae res necessaria et magni momenti ad cognoscendam historiam grammaticae antiquae nitatur in libris V—X de lingua latina nunc a meo consilio alienis, neque in singulis locis inlustrandis omnia quae cum his coniuncta fuisse coieeres congerere, sed in ecclis testimoniis acquiescere uolu. exclusi uero libros, in quibus practer alia grammaticae quoque observationes legebantur, quales epistolicas quaestiones fuisse scimus, et mera ueriloquia, larga manu ubique a M. Terentio sparsa, quae ex aliis libris repetita sunt.

In componendis reliquiis antiquam librorum formam quantum fieri potuit restitui, ut et singulas libris e quibus sumptae esse uiderentur tribuerem, et pristinum ordinem reuocarem. asterisco signau fragmenta, quibus Varronis nomen ab auctoribus non adponitur, duas reliquiis subiecti annotationes. altera perscripsi eos scriptorum locos ad eandem Varronis expositionem referendos, qui ad probandam disputationem meam et ordinem singulorum fragmentorum reconcinnandum alicuius sunt momenti. altera ad criticam spectat; qua in re hanc mihi inposui legem, ut quae in codicibus leguntur religiose adnotarem, Putschii

et aliorum, quorum exemplaria in omnium manibus sunt, nomen singulis locis facilis negotio saepe emendatis non semper adscriberem. ut autem paulo emendatoria haec fragmenta prodeant praeſertim Henrici Keili liberalitati mea laude maiori debetur, a quo facile Hermannus Vſener inpetrauit, ut quae ad Varrois locos in grammaticis latinis obuios adnotauerat meum in usum describere sibi liceret. de quibusdam uero locis ipſe Keilius benigne certiorem me fecit. praeterea Vſener Bernae duos Augustini de dialectica libros nitidissime mihi contulit et multos aliorum scriptorum locos a me rogatus inspexit. Seruianorum locorum lectiones Georgius Thilo liberalissime mecum communicauit. alias alii me instruxerunt quos suo quemque loco nominaui. ne autem quidquam, quod aliis debetur taceam, conmemorandum est Vſeneri et Curti Wachsmuthi amicorum beneficium, qui me in Italiam profecto non solum plagularum accuratissime corrigendarum taedium susceperunt uerum etiam conplures locos medicina egentes felici sagacitate emendauerunt. quibus omnibus gratias ago lectoresque mecum agent.

Romae in Capitolio mense Iulio 1864.

## TABVLA DISPVTATIONIS

	pag.
1 de libris de lingua latina . . . . .	1
2 de epitome librorum de lingua latina . . . . .	46
3 de libris de sermone latino . . . . .	47
4 de libro de grammatica . . . . .	98
5 de libris de antiquitate litterarum . . . . .	117
6 de libris de origine linguae latinac . . . . .	126
7 de libris de similitudine verborum . . . . .	134
8 de libris de utilitate sermonis . . . . .	136



In Hieronymi catalogo omnis quaestio[n]is de libris Varronianis fundamento (cf. F. Ritschl d. schriftstellerei des M. Terentius Varro in nou. mus. Rhen. VI p. 481 sq. XII p. 150) hi tituli grammatici enumerantur: de lingua latina libri XXV, epitome de lingua latina e libris (X)XV libri VIII, de sermone latino libri V, de origine linguae latinae libri III, de similitudine uerborum libri III, quibus accedit liber disciplinarum de grammatica, praeterea occurunt apud grammaticos liber II de antiquitate litterarum (Prisc. I p. 7 Hertz), libri ad Attium (Pompei. comm. art. Don. p. 9.27), liber IIII de utilitate sermonis (Char. p. 123 K.).

## I

Libros de lingua latina fuisse XXV et praeter quattuor priores (cf. de l. l. V 1 M. p. 12 Sp.) ad Ciceronem ut Caesaris de analogia opus scriptos esse constat, illud ex Hieronymi indice et seuerae dispositionis lege qua Varro non solum in his libris utebatur<sup>1)</sup> (cf. Ritschl nou. mus. rh. VI p. 525), hoc e Ciceronis Academ. post.

1) cf. praeter libros de re rustica de antiquitatum libris Augustini de ciu. dei VI 3, fr. antiquitatum human. lib. XX ap. Non. quadripartitam p. 92, fr. de uita populi Romani lib. I ap. Non. uictuis p. 494.